

Nos itaque iisdem supplicationibus inclinati eam confirmamus et approbamus hoc modo et ordine, ut decanus et canonici pro tempore capitulum facere possint, mensam quoque capitularem et archam communem habere^c necnon omnibus et singulis collegialibus^d insigniis, privilegiis et emunitibus^e gaudere et uti valeant, sicuti alie^f harum parcium ecclesie collegiate²³⁶. Et ut decanus pro tempore et capitulum dicte ecclesie ordinationes et statuta, dum sacris canonibus non obirent, facere, edere illaque servare possint eciam medio eorum iuramento non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque²³⁷. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

[5.] Damus tibi baculum pastorem tuis quoque successoribus, ut habeas ligare et solvere omnes et singulos subditos tuos, tibi que committimus curam animarum, pro quibus te reddere oportet rationem in novissimo die. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

[6.] Nos Ludewicus Dei et apostolice sedis gracia abbas monasterii Hersfeldensis auctoritate eadem, ut prefatum est, commissarius inhibemus omnibus et singulis sub censuris et penis ecclesiasticis et excommunicationis late sentencie interdicti et anathematis mucrone, ne quis dictos decanum, | canonicos, vicarios, eorum familiares, res, bona, clenodia, pascua, mobilia seu immobilia habita vel habenda ausu temerario vel quovis quesito colore violenta manu occupet, molestet aut alias detineat manifeste vel occulte per se vel per alium seu alios, eos^g quoque qui secus fecerint ex tunc prout ex nunc et^h ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis anathematizatos declaramus et decernimus. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

[7.] Ex quo nobis commissum est auctoritate sedis apostolice^e supplere omnes defectus, absolvimus omnes vos et singulos, decanum, canonicos et vicarios, ab omni nota et macula irregularitatis, si quam

valeant. d) collegialibus *nachgetragen am Rand.* e) sic. f) *danach gestrichen* ecclesie colle. g) *vor eos gestrichen* eos h) *nach et sind die Wörter ex tunc prout ex geschwärzt.*

236) *Wahrscheinlich referiert dies die Papsturkunde, aufgrund derer Abt Ludwig voring. Auch im Falle Pforzheims schrieb Pius II. an seine Kommissare, sie könnten dem neuen Dekan und Kanonikern das Recht bestätigen, capitulum inter se facere, constituere et repraesentare, nec non sigillum autenticum in communi et alia insignia honores et privilegia ad instar aliarum collegiatarum ecclesiarum dictae diocesis habere et illis uti et gaudere possint [...]. Vgl. SCHOEPLIN, Historia (wie Anm. 50) S. 360.*

237) *Die Non-Obstantien sind der Papsturkunde entnommen; analoge Formulierungen finden sich bei SCHOEPLIN, Historia (wie Anm. 50) S. 361.*